



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 207. Sequebatur autem illum turba multa populi. v. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

O Anima mea potra & tu crucem post Iesum, ille prius tulit, & nisi ille tulisset prius nemo ferret ante eum, & gratias age semper ei, qui tulit ante, ut tu posses post portare.

§. 207. Sequebatur tunc illum turba multa populi. v. 27.

Aliqui non pia Christi commiseratione permoti, sed curiositate, nesciri solet, videndi, alij vi mortem eius accelerarent, quam valde copiebant ex odio & inuidia in ipsum, iuxta dictum sapientis: *Morte turpissimacat, demnissus eum; quia contrarius est operibus nostris.* Alij ex pio affectu vt videant finem tribulationum eius, quæ tam multiplices erant, vt scribi non valeant, alij ex amore & gratiarum actione, pia commiseratione, & occasio esse causa adiumenti: vti erant eius discipuli: vel ab ipso varijs modis entati; aut se: montibus instructi diuinis, miraculorum varietate conuersi amici. Cœpit igitur iam tunc operari in animis hominum virtus crucis Christi: cœpitu tunc coalescere immanis turba Christianorum, qui abnegantes secularia desideria, infle, pie, & sobrie vivunt propter ipsum, contemnentes secularia, vi habeant aeternam: qui exhibent corpora sua hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium: in omnibus exhibentes se, sicut Dei numen in multa patientia, in multis tribulationibus: in necessitatibus, in angustiis, in plaga, in carcerebus, in seditionibus: in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non sista, in verbo veritatis, in virtute Dei, per armam iustitiae, à dextris & sinistris per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi incertissimi & ecce vivunt, vt castigati, & non mortificati, quasi tristes semper aeternam gardentes, vt egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes omnia autem possidentes. Ipsi sunt veri amatores & imitatores Christi, qui Christo, quatenus possibile est aliquam pro morte illius vicem reddunt, exponeentes rationabiliter etiam periculis animas suas, sicut & Christus suam pro eis animam posuit, cupiuntque omnia perdere & arbitrari vt detrimentum, quo Christum lucrificant, nec spernunt quemquam, sed ipsi contemni gaudent. Ceteros magnificiunt & sanctos credunt, se vero vilipendunt, ducuntque pronihilo: cunctis pios & benignos; solis sibi rigidos & severos se exhibent, ex aliorum malis virtutes eliciunt, suasque virtutes pro nihilo ferè habent: & alios denique omnes ad sua collatos peccata, iustos & virtute præditos ex animo arbitrantur: quis hos humiles, sectatores Christi, amatoremque dicere dubitet, qui & se ipsos funditus abnegarunt, Christumque cum sua cruce sequuntur!

Expte

Exurge igitur anima, exurge cor & corpus meum cum omnibus potestis & viribus; accurrite ad crucem cum Christo Domino & Salvatore vestro portandam, considerantes ad amissum, quæ fecit & passus est pro vestro bono & salute, non temporalia modo, sed & æterna, considerate ut anima ejus tristis est, caput spineto transfixum, sanguine tincta coma turbata lineamenta, lachrymosi oculi; vincetæ manus, incurvati renes, & ossa contusa, os sanguinolentum, humeri graviter onusti, collum humiliatum, cœpitantes, pedes, corpus gelidæ mortis imagine plenum; O misericordia Iesu!

§. 208. Et mulierum. v. 27.

Specialiter voluit Dominus per Evangelistam suum mentionem facere mulierum, ut intelligamus nullum sexum à passione Dominica excepti, secundo ut earum non vili-pendatur devotio: quam Christus piissimè admisisse legeretur, tertio ut insinuaret fœminarum in Christianismo futuram magis audacem devotionem in hoc primo devotorum fœminarum sermento quod ipse misit in totum mundum, ut totus ex eo fermentetur, ut & factum videmus. Quænam autem ille fuerunt? indubie multæ filiae Hierusalem. Civium uxores, Principum, Consiliariorum & militum cognatae, & ipsa mater Iesu cum sororibus Maria Iacobi & Salome, Veronica, Magdalenis, Matthæ, Ioanna, & alijs tam consanguineis, quam Christo deos.

Vtinam ò utinam omnes fœminæ in eorum numero essent, & viderent, quæ passus sit propter eas Dominus meus, & cognoscerent gratiam quæ data est ipsis. Utinam declinarent fœminas ab ambulando, & sequendo eos qui non sunt Christi, sed Diaboli, qui se extantur vanitatem, & ponunt ipsis verba mendacia, & ludificationes ipsis fabricantur. Utinam non formas filiorum hominum, sed in faciem Christi contemplarentur, multo profecto quietiorem vitam obtinerent, nec ingemiscerent, sero se fuisse ab hominibus delusos & desertos.

§. 209. Quæplangebant & lamentabantur eum. v. 27.

Bonum & sanctum exercitium fœminarum plangere in sequendo Christo Domino, licet enim non defuerint virieriam lamentantes & mœstissimi, ut turba amicorum Christi, tamen de mulieribus specialis sit mentione planctus; quia eis ad plancum natura liberaliore dispositionem dedit,